

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 2168

**Auteur(s) :** Raoul, Barbery, Notre-Dame (abbé)

**Bénéficiaire(s) :** Robert d'Ouffières [chevalier]

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** ...1207...

**Action juridique :** échange

**Langue du texte :** latin

## Analyse

« Cest la lettre de labbé et du couvent de Barberie(analyse du milieu du XIV<sup>e</sup> s.) ». Raoul, abbé de Barbery, notifie l'échange entre lui et Robert d'Ouffières, chevalier, du quart de la dîme des fruits des paroisses de Saint-Germain-du-Chemin et de Saint-Hermès de Fontenay-le-Marmion contre des terres à Maisons.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Saige Gustave, *Cartulaire de la seigneurie de Fontenay le Marmion*, Monaco, Imprimerie de Monaco, 1895, n° XXXVI, p. 51-52.

## Dissertation critique

Datation proposée par G. Saige.

Texte établi d'après a

Universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit, frater Radulfus, dictus abbas et conventus Barberie, salutem in domino perpetuam. Noverit universitas vestra quod cum terras quasdam apud Maisons haberemus in dominio nostro, ex donatione patroni nostri Roberti Marmionis, interveniente offensi filii sui Roberti Marmionis, nepotis Willelmi de Bello Campo, illas dedimus Roberto de Offeris militi, in excambium quarte partis decime frugum quam in parrochia ecclesiarum Sancti Germani de Chimino et Sancti Hermetis de Fonteneto Marmionis jure hereditario possidebat ; idem vero miles eandem decimam nobis dedit in excambio terrarum illarum, assensu Philippi sui filii, et Hugonis fratris sui in perpetuam, puram, liberam et quietam elemosinam possidendum ; nos autem omne jus quod habebamus in dictis terris dimisimus et prefato militi donavimus, ita quod ipse et heredes sui tenebunt terras illas de domino Fonteneti Marmionis et ei inde cum alia parte feodi sui facient omnia servicia quecunque ipse et successores sui facere solebant de decima et alio feodo, serviciis et honoribus ita translatis, ut decima illa sit pura elemosina et in perpetuum omnino quiesca. Terras autem illas ad majorem cautelam in futurum quibus potuimus duximus exprimendas vocabulis : in via doiti dimidiam acram, super domum Mainardi, unam virgatam et dimidiam ; et preterea unum campum apud Baptalmes dimidiam acram ; ad Logam dimidiam acram ; in Magno Campo dimidiam acram ; subtus gardinum Reinaldi Andree unam virgam ; in Paucot Urvo dimidiam acram ; in Montevel quinque virgatas ; in Turisveria unam acram et preterea unam virgam et dimidiam. In campo de Monte tres virgas ; in vinea dimidiam acram ; ad Fossam Spinosam dimidiam acram. In Lovebu dimidiam acram et tres virgas ; item virgam unam et dimidiam ; ad Roveam dimidiam acram et unam virgam ; in Lupertia unam virgam et dimidiam ; in Quattrelo tres virgas ; in Meneloc septem virgas ; super doctum unam acram ; in la Baignoire unam virgam et dimidiam ; in Curtis Peciis dimidiam acram ; ad Ruam tres virgas, preterea dimidiam acram et

dimidiam virgam ; in Cultura unam acram et dimidiam ; in campo molendini de Tor tres virgas ; ad Crucem Pinel septem virgas ; in campo Spine unam acram et dimidiam ; in la Gupilleria unam virgam et dimidiam ; ad Fossam Goie dimidiam acram ; in Secheron tres virgas ; in Fondreel de Eline dimidiam acram ; in via vadi, unam virgam et dimidiam ; in Broses septem virgas et dimidiam ; juxta gardinum Gervasii de Brandel unam virgam ; juxta domum ejusdem, unam virgam et dimidiam ; in Spingues dimidiam acram et dimidiam virgam ; in curta pascua dimidiam acram ; in campo de Ponte quinque virgas ; in Yelme quinque virgas ; item unam virgam et dimidiam ; in Torto Campo unam virgam et dimidiam ; in campo de La Peruche unam acram ; ad fossam de Brandel unam virgam ; in Malpertus tres virgas ; in Montagu unam acram ; in Loncboel quinque virgas : in vado de la Harella unam virgam ; in Aimiofossa unam acram et dimidiam le Paucot. Ut igitur quod in presenti carta continetur perpetua memoria teneantur, illud presenti (sic) scripti et sigilli nostri munimine duximus confirmandum.